

aliquo perderentur, per comune Tergesti ei vel eis solvantur, 5
 ipsis sua fide manutentibus quod dicti equi fraudulenter di-
 spersi mortui furati non fuerint neque eorum culpa. ¶ Et si
 dicti ambaxiatores vel aliquis ipsorum sive notarius fuerint
 inpediti dampnificati vel capti per aliquas personas vel per- 5
 sonam, quod comune Tergesti teneatur et debeat ipsos ambaxi-
 atores et quemlibet notarium ipsorum extrahere relevare et
 conservare indempnes de omni dampno dispendio et grava-
 mine, quod eis vel cuilibet ipsorum accesserit vel accideret seu
 incurere posset qualitercunque et quandocunque, tam occasione 0
 predicta seu in dicto itinere. ¶ Et non petere per se vel per
 alios nec peti facere ab aliqua persona in ipsa ambaxiata ali-
 quam gratiam sibi dari ad eorum utilitatem spectantem, et si
 eis vel alicui ipsorum daretur, totaliter sit comunis; et facere
 scribi diem in qua iverint et in qua redderint in Tergestum de 5
 55 B eorum ambaxata. ¶ Et dum venerint, intra tres dies post //
 eorum adventum facere cum camarario comunis rationem de
 denariis quos receperint per dicta[m] ambaxaria[m] sive quos
 habere debuerint, et si aliquid superaverit de salario eis vel
 alteri eorum dato, illud infra octo dies post eorum adventum 20
 procuratori comunis reddere teneatur, etiam pena centum sold.
 par. pro quolibet contrafatiente; et si eis vel alicui ipsorum
 aliquid defecerit de suo salario, tunc infra octo dies post eorum
 adventum ¹⁾ dominium teneatur et debeat ei vel eis satisfacere
 et complere, sub pena iudicibus sive rectoribus solvendi de 25
 eorum propriis denariis sive bonis. ¶ Et nullus ambaxiator
 possit refutare, salvo iusto inpedimento persone.

Cap. XXXIII. Rubrica de forma maioris cons-
 cillii et sacramento ipsorum cunscilia-
 riorum. 30

Ordinamus quod consciliarii maioris conscillii civitatis
 Tergesti sint et esse debeant numero centum et octoa-
 ginta tantum, computatis in dicto numero iudicibus rectoribus

¹⁾ Aggiunta marginale.